

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921


Illustration: Tab. XXVIII. Perdix cinerea. graw Rephun [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Perdix cinerea.
graw Rephun



Perdix rufa.



Lagopus. Schneehuhn
Steinhuhn



Perdix Damascena.




Coturnix mar.



Lagopus alpestra.



Hortulanus mar.
Brachamsel



Ortygometra
wachtel König



Hortulanus Conger



Hortulanus femina.





f Gef
in Or
nith.

Locu
g Plu
h Sc

Vox.

Ingen
i Plu

Gener

a Ari
de col
b Cra
rus l.
Polon

c Plu
N. l.
c. 23
d. Ari
l. 9.
e Ari
Phys

f Gesner.
in Or-
nith.

Describit et f Gesnerus aliud, quod per aestatem fuluescere et ne per hyemem quidem albescere dicitur.

Locus.

g Plin. l. c.
h Scal. l. c.

Reperiuntur lagopodes in g Alpi- bus et Pyrenaeis h montibus inque summis iugis imminetibus ei ualli, cui nomen Arbusti, qua fauces aper- iunt iter. Ita uero frigore, niue et glacie delectantur, ut, ubi locis in- ferioribus liquantur niues, altiora et soli auersa prosequantur loca, in quibus nix perennat.

Vox.

Vocem edebat, quam Gesnerus describit, ceruinae non dissimilem.

Ingenium.

i Plin. l. c.

Naturam si spectes, non extra i terram, in qua nascuntur, iis uesci facile, quando nec uiuae mansue-

scunt et corpus occisum statim marcescat. Latent quidem homine conspecto eoque dissimulato sese motu prodere cauent, tanta iis fal- lendi similitudine niuis fiducia, sed tantae etiam simplicitatis sunt, ut a uenatoribus k dispositam lapidum k Stumpfs. seriem transire non audeant, sed apud Aldr. secundum illam, quasi secus murum insuperabilem decurrentes in deci- pulas incidant.

Vsus earum et in cibis est. Prae- cipuo sapore esse Plinius dicit. Sa- luberrimas teste l Scaligero Nori- ci credunt gustu, subamaras Gesnerus reliquit.

NB. Perdices Indicas uide in mantissa. Num. 8.

ARTICVLVS XI.

De Coturnice Latinorum.

Genera.

Coturnix Graecis antiquis *ορνις*, modernis *ορνις* et *ορνις*, Villa- nouano quisquilia, Gasio quaquilia dicitur. Vnum duntaxat ipsarum obseruatum genus. Visa tamen et alba, si a Aristoteli credimus et in

a Arist. l.

de colorib.

b Crame-

rus l. 1. de

Polonia

c Plin. H.

N. l. 10.

c. 23.

d Athen.

l. 9.

e Arist. in

Physiogn.

campis b Rusficis et Podolicis ui- rentibus pedibus, quarum usus spa- mium inducat, inueniuntur. No- tae, quas suis ueteres tribuunt et in nostris reperiuntur. Paruae c sunt, pedes d fissos et pinnae e duras ha- bent. Theophrasto forte perdices nanae dicuntur. Mas et foemina distinguuntur, quod foeminae to- tus color quodammodo testaceus superius ad ceruicem, dorsum, cau- dam et alas ad mentum et pectus subluteus, ad uentrem fere albus. A rostro eius supra oculos et aures li- nea insignis longitudinis alba cir- culares aliquot maculas habense ex- currit. Cauda pro proportionem maior est. In mare rostrum magis nigricat. Supra illud capilli qui- dam extant. Collum lineolis al- bis intercurrentibus rufescit. Pe- des minus lutescunt, digiti uero eo- rum ita constituti sunt, ut medius primo et tertio longe maior sit, po- sterior, quem pro calce habet, lon- ge exiguus. In internis partibus sin- gulare quid obtinent. Ossa ipsis du-

ra et solida. f Inguuies et gula pro- pe uentriculum ampla et lata. Cor- g *τριβολον* seu muricis modo in tres g *Athen.* culpidis diuisum. Iecur et fellis l. 9. conceptaculum intestinis adgluti- nata. Fellis ad intestina labentis canalem uix aspectabilem. Testes iecori subditos.

Quantum ad locum, Auerrhoes in Andalusia, teste h Galeoto Martio, h l. de pro- reperiri negat, in mediterraneis m *miscua* Galliae tractibus sunt rarae. In doctrina. Delo, i unde nomen Ortygiae for- i *Athen.* titata est, ad sinum k Arabicum, in l. 9. superiore Aethyopia, Terra Sancta, k *Ioseph.* Madera, Capreis magna ipsarum Antiq. l. 13. c. 1. copia, ad Taenarion, quae nunc l Cerempolis tanta, ut hodie Porto Procop. l. 13. de bel- de Qualeis nominetur. In agrum lo Vanda- Neopolitanum tanto numero ex lico. Africa propelluntur, ut glomeratim saepe in aedes maritimas incidant et sine ulla difficultate capiantur. Migratorias esse aues omnes, Alber- tum si excipias, concedunt. Adu- niendi habent tempora aestate de- pulsa. Cum maria tranant, impe- tus differunt et metu spatii lon- gioris uires suas nutriunt tarditate. Vbi terram perfenscunt, coeunt cateruatim, deinde globatae uehe- menter properant, quae festinatio (sunt uerba m Solini n et Plinii) ple.